116

A. 1427. Ex Arch. Calvi Montis

Nos Petrus de Falkow Judex et Januszius de Olesnice
Subjudex Terrae Sandomiriens. Generales. Profitemur Universis
quibus expedit praesentium per tenorem. Quia Vobis cu Re
ligiosus Vir Dnus Nicolaus Abbas calvi Montis contra et
adversus strenuum militem Dnum Goworkonem de Chro
brzany Haeredem coram Nobis et aliis Dnis in Colloquio Ge
nerali Radomiens. nobiscum praesidentibus pro limitibus
inter Haereditates videlicet Braciejowice ab una, et inter
Goszcza parte ab altera actoriam acquisivit per juramentu
suum proprium eidem Abbati per nos adjudicatum et prae
stitum, Pro eo quia idem Dnus Abbas pro iisdem limitibus
primitus Haeredes de Goszcza citaverunt, quam idem Go
worko ipsam emit, ab eisdem. Cui quidem Dno Abbati
datus est per nos, Dnus Subcamerarius de juditio pro di
stinguendis limitibus inter haereditates memoratas
cum Dno Goworkone memorato, et actoria pro ejusdem
limitibus eidem Dno Abbati erga ipsum Goworkonem
per nos exstitit adjudicata. Harum quibus in testimoni
um nostra praesentibus sigilla sunt appensa. Actum
in Colloquio Generali Radomiensi Anno Dni Millesimo
Quadringentesimo Vicesimo septimo Praesentibus his Dnis
Revrndo in Xto Patre Dno et Dno Zbigniewo Dei gratia
Episcopo Cracoviens. validisq. Militibus cu dominis
Nicolao Palatino Sandomiriens. Joanne Radomiens. Dob
kone Wojnicens. Raphaele Zawichostens. Castellanis An
drea Sub Camerario et Capitaneo Sandomiriens. Clemente
Capitaneo Radomiens.